



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

493. An alienare possit bona ecclesia propriæ vacantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

resol. 24. citans Meroll. tom. 3. d. 7. c. 7. dub. 1. n. 36. Pith. n. 27. Fagn. in cit. c. 10.annes. n. 8. qui etiam n. 7. notat, officium compellendi executores testamentarios non tantum spectare ad Episcopum, sed etiam ad inferiorem Prælatum, habentem jurisdictionem quasi episcopalem; cum talis in iis, quæ jurisdictionis sunt, veniat nomine Diacesani, in gl. in Clem. 1. de foro compet. v. Diacesanis, quam ibi sequitur Imol. n. 38. Vitalin. n. 5. Abb. n. 15. Unde jam etiam inferit, competere dictam potestatem eorum Capitulis prælaturæ vacante.

4. Respond. ad quartum: Succedit similiter in compellendis, etiam religiosi piarum voluntatum Executoribus ad reddendas rationes executionis. Barbof. loc. cit. n. 77. citans Quarant. v. Capit. sed. vac. Dian. loc. cit. resol. 24. Azor. l. 3. c. 39. q. 6. Pith. loc. cit.

Quæstio 490. An Capitulum sede vacante exigere possit rationes ab Administratoribus priorum locorum?

Resp. affirmativè. Barbof. loc. cit. n. 78. citans Quarant. v. Capit. sed. vac. vers. 7. Zerol. in pr. Episc. p. 1. v. Capit. §. 9.

Quæstio 491. An adire possit hereditatem ecclesie legatam?

Resp. affirmativè. Azor. loc. cit. q. 6. Quam tamen si Episcopus successor damnosam ecclesie reperit; beneficio restitutionis in integrum repudiare potest. Azor. ibid. ubi etiam ait, pari modo posse Capitulum transigere; & compromissum facere; & citat pro his Pavin. p. 2. q. 7. n. 18.

Quæstio 492. An Capitulum sede vacante autorizare possit alienationem bonorum ecclesie inferioris?

Resp. affirmativè. Quia Capitulum hoc casu non alienat propriè, sed interponit auctoritatem Ecclesie ex legitima causâ alienanti, quod jurisdictionis est, & sæpe necessarium. Azor. loc. cit. 37. q. 14. citans Molin. de iust. tract. 5. d. 11. num. 15. Pavin. p. 2. q. 8. Feder. de Sen. de permur. benef. tit. de de velut. n. 104. Pith. loc. cit. n. 51. citans Abb. in c. cum olim. q. 3. Ventrigl. tom. 2. annor. 15. §. 1. n. 27. citans Meroll. Theol. mor. tom. 3. d. 7. n. 162. & seq. Prosper de S. August. addit. ad Quar. in sum. Bullar. v. Capit. sed. vac. Intelligenda tamen hæc sunt de casu, in quo Episcopus poterat dictam alienationem autorizare, ut expressè Ventrigl. & Azor.

Quæstio 493. An Capitulum sede vacante alienare possit bona ecclesie propria vacantis?

Resp. Capitalium non succedit in iure alienandi bona ipsius ecclesie vacantis. Ventrigl. loc. cit. Pith. loc. cit. ubi: Capitulum Cathedralis sede vacante non potest donare jura episcopatus, seu bona ecclesie vacantis, sive immobilia, sive mobilia pretiosa, qua servando servari possunt. Fagn. in c. his quæ, de major. & obed. num. 58. & in c. novit. ne sede vac. num. 23. Azor. loc. cit. q. 13. Dian. loc. cit. resol. 38. citans Baunium Theol. moral. tom. 1. tract. 11. q. 27. ac remittens ad Mol. tract. 5. d. 11. n. 15. & Meroll. tom. 3. d. 7. c. 7. dub. 17. per tot. Imò caret omni potestate mutandi statum Ecclesie, & exequendi, quidquid futuro Episcopo

R. Leuren. Tract. III. De Capit. sed. vac.

præjudicium generare potest. Ventrigl. loc. cit. juxta c. 1. & ult. ne sede vac. Quod si tamen alienatio esset in utilitatem ecclesie, posse tunc eam facere Capitulum, ait Azor. pro quo citat Pavin. p. 1. q. 6. n. 11. & 12. Butr. & Abb. in c. 1. ne sede vac. Sed dandum tunc defensorem ecclesie, & præmissio tractatu, & cum cogitione cause tunc faciendam alienationem; pro quo citat Redoan. tr. de reb. eccl. non alien. tit. quæ sit sede vac. Verumtamen etiam si magna urgeret necessitas, adhuc non posse fieri alienationem, tenent Gl. in c. novit. ne sed. vac. v. sede vac. Vincent. in c. ad abolendam. de heres. Archid. in c. precaria. 12. q. 2. n. 2. Prapof. ibid. n. 1. Bellam. circa medium. apud Fagn. loc. ult. cit. n. 24. hanc reddentes rationem: quòd cum ecclesia comparetur pupillo, & fruatur jure minoris. c. 1. & c. ad dicit. de in integ. res. Sicut pupillus nihil alienare potest sine auctoritate Tutoris. l. 1. & 2. c. de auctor. præstand. ita nec ecclesia, dum caret pastore, alienare potest sine consensu Episcopi (intelligi dum est ecclesia inferior) sicut nec dubium est, ecclesiam cathedralem viduatam Episcopo de consensu Papæ urgente necessitate posse alienare. Quòd etiam facit, quod habet Fagn. loc. cit. n. 28. quòd, dum ecclesia panormitana fuit Archiepiscopo suo viduata, minimè licuit Capitulo, aut Clero consentite impositioni gabellarum in præjudicium Archiepiscopatûs, non obstante, quòd nova impositio gabellarum facta fuerit ad relevandas communes Cleri, & populi necessitates, ex quo laicorum facultates non superperunt; quoniam præter hæc duo requiritur etiam consensus Archiepiscopi cum Clero juxta c. non minus. & c. adversus. de immunit. Eccl. Quare cum sede vacante deficiat consensus Archiepiscopi, nihil prodest communis necessitas, & laicorum inopia; Facit quoque hæc cit. v. novit. ne sede vac. in cujus casu Monachi petentes dissolvi unionem, quæ monasterium erat Bathoniensi Episcopo unitum, pro causa adducentes; quia per hoc poterat subvenirî ruinæ ecclesie, eos nihilominus Papa, quia ecclesia bathoniensis vacabat, & non erat, qui jus episcopale defenderet, noluit exaudire; sed preces eorum distulit, usquè dum dicta sedes iterum esset plena.

2. Quod si tamen ingrueret casus maximæ necessitatis, exigentis tantam celeritatem, ut nequè alienatio differri posset ad futurum successorem, neque pro alienandi licentia recurri posset ad Sedem Apostolicam, permessa tunc foret Capitulo præmissio tractatu, & coguita causâ alienatio; eò quòd necessitas, præsertim maxima, recessum à jure frequenter permittit, factique licitum, juxta c. quando. de consuetud. & reg. 4. de regul. juris, quod aliàs licitum non erat. Wiestner. de alien. rer. eccl. p. 1. d. 4. n. 15. & a. 5. n. 10. cum Abb. in c. fin. de eccl. adif. n. 8. & Molin. loc. paulo post citando.

3. De cætero tamen, ut dictum, dubium non sit, posse Capitulum vacantis Episcopatus bona alienare accedente auctoritate Sedis Apostolicæ dato ab ea ad hoc defensore jurum, & bonorum episcopatum. Datus tamen administrator episcopatum vacanti, quamvis etiam plenam haberet tantum in temporalibus, quam spiritualibus administrationem, adhuc ejus bona immobilia alienare nequiret, aut ad hoc capitulum dare licentiam (nisi forte ad hoc speciali instructus potestate) Molin. tr. de iust. d. 11. n. 15. & ex eo Wiestner. cit. a. 5. n. 9. qui & hinc rectè iterum inferit; si id non possit talis Administrator, multò minus id posse Capitulum, utpote cujus minor quam illius est potestas.

Q

4. Por-

4. Porrò alienationes factas à Capitulo sine consensu Papæ Episcopus Successor confirmatus rescindere, aut, si ad Ecclesiã suã utilitatem pertinent, confirmare poterit Molin. *loc. cit.* Dian. *cit. resol.* 38. juxta *can.* 15. Synodi Ancyranæ, qui refertur *c. si qua. de reb.* 12. q. 2.

5. Atque ex his inferitur, quòd si Capitulum bona ad mensam episcopalem spectantia in alios transferre nequeat absque Sedis Apostolicæ auctoritate, multò minus possit ea ad suam, seu Capitulum mensam transferre: idque non solum, quòd vacans Prælatum seu dignitas episcopalis careat legitimo defensore; sed etiã, quòd Capitulum hac ratione in proprio facto, sive in commodum, & utilitatem propriam præstaret auctoritatem contra *l. pupillus. ff. de auctor. tutor.* Wiestner. *loc. cit.* n. 10. juxta *Clem.* 2. *de reb. eccles. non alien.* junctã *gl. v. mensa.*

6. Et hæc de bonis Episcopatus Immobilibus, aut mobilibus, quæ servando servari possunt. Nam si sint mobilia, quæ servando servari nequeant, sed quæ tempore sunt interitura, ea à Capitulo vel œconomò ab eo constituto alienari possunt etiam sine Superioris auctoritate. Fagn. *in c. his qua. de major. & obed. num.* 31. Molin. *loc. cit.* & cum illis Wiestner, non secus ac à tutoribus distrahi possunt ejusmodi res pupillorum juxta *l. lex, qua tutores. c. de administ. tutor.* Idque merito, ne si tempore sedis vacantis ejusmodi res non permitterentur distrahi, alienationis prohibitio ob favorem ecclesiæ inducta in ejus dispendium detorqueretur contra *Regul. quod ob gratiam. de Reg. jur. in 6.*

7. Illud hic subjungendum, regulariter Capitulo sede vacante occupante, vel dilapidante bona ad ecclesiã vel successorem spectantia, suspendi Canonicos ab officio, & beneficio, usque dum restituant per *c. quia. de elect.* Ventrigl. *loc. cit.* num. 27. citans Bonacin. *tom.* 1. *de susp. d.* 3. p. 5. §. 2. num. 2.

Quæstio 494. Num Capitulum sede vacante litem super ecclesia bonis & juribus inchoare, aut à Prælato defuncto inchoatam sive agendo, sive respondendo profici possit?

R Espoud. negativè. Molin. *loc. cit.* & ex eo Wiestner. *cit.* a. 5. num. 12. Item Laym. *in c. auditis. de in integ. restit. n.* 3. ubi: Capitulum pro juribus episcopalibus sede vacante in judicio contendere non potest; citat seipsum *Theol. mor. l.* 3. *tr.* 4. *c.* 11. Fagn. *in c. novit. ne sed. vac. n.* 22. ubi: etsi Capitulum sede vacante succedat in jurisdictionibus, non tamen succedit in potestate deducendi jura Episcopi in judicium, etiam defendendo, ut notabiliter Abb. *in c. his qua. de major. & obed. n.* 4. Et hæc juxta *c. fin. ne sed. vac.* ubi à Papa tanquam nullæ reprobantur depositiones testium vacante, & legitimo defensore carente ecclesiã receptã. Siquidem, ut dictum, Ecclesiã vacans fungitur vice, & gaudet jure minoris; judicium verò, & sententia lata contra minorem tutore, & curatore carentem & indefensum est nulla, juxta *l. acta. & l. contra. ff. de re judicata.* Unde, ut contra ecclesiã vacantem lata sententia teneat, ea administratorem, seu defensorem ad agendum à Papa datum habere debet. Molin. Wiestner *loc. cit.* qui citat pro se *Gigas de pension. q.* 65. n. 5. Abb. & Barbof.

2. Quod hic dicitur de Capitulo Cathedrali, idem est de Capitulo seu ecclesia inferiore qui-

dem, exempta tamen, & Papæ immediatè subiecta. De cætero, si est ecclesiã inferior Episcopo subiecta, ejus vacantis Capitulum, seu conventus interveniente auctoritate episcopali tanquam immediati sui Superioris, ecclesiæ, vel monasterii sui jura agendo, & respondendo tueri potest in judicio, præsertim, si id exigat aliqua necessitas, vel vacantia sit diu duratura. Si autem sit ecclesiã non collegiata, aut conventualis, ejus res, & jura tueri potest Episcopus. Wiestner. *num.* 13. citans Laym. *de reb. Ecclesia alien. c.* 3. n. 49.

3. Excipitur hic iterum casus magnæ, & notoriæ necessitatis; cum enim hac urgente valeat à Capitulo alienari res immobilis Ecclesiæ, multò magis pro ea agi potest in judicio. Wiestner. *n.* 15. citans *Gl. in c. edoceri. v. debeant. de rescriptis.* Sic ait Molin. *loc. cit. num.* 16. quando tamen periculum esset, ne testes competentes postea examinari possent, aut propter senectutem, ne interim morerentur, vel quia vita alicujus illorum periclitaretur, aut si discedere vellent in partes longinquas, ita ut non facile copia illorum haberi posset, tunc validè possent examinari sede vacante.

4. Et hæc quidem de bonis, & juribus prælatu- ræ propriis, aut etiam eidem, & Capitulo communi- bus, ut expressè Molin. *cit. n.* 16. controversis exigentibus cognitionem definitionemque judicalem, super quibus, ut dictum, Capitulum actionem, aut defensionem suscipere nequit. Si enim sint bona ipsius Capituli diversa, & divisa à bonis episcopalibus, seu Prælatu- ræ, super iis convenire, & conveniri in judicio sede vacante; imò plenã potest Capitulum per procuratorem vel syndicum suum, Wiestner. *n.* 14. & 15. Pirh. *ad tit. de reb. eccl. non alien. n.* 8. Molin. *loc. cit.* ubi etiam, quòd licet, si sedes non vacaret, ad id requiratur consensus in gravibus, arduisque rebus; intelligitur tamen, si adsit, præstare eum consensu possit.

Quæst. 495. An Capitulum sede vacante judicare queat de causis pertinentibus ad Episcopum?

R Esp. Non potest judicare, ubi vertitur quæstio super proprietate alicujus certij juris, seu jurisdictionis; an ad Episcopum pertineat vel non; v. g. dum contenditur, num quis subiectus, an exemptus; num beneficium sit juris patronatus, an liberæ collationis Episcopi. Idque etiam si istæ quæstiones jam captæ adhuc vivente Episcopo. Dian. *p.* 8. *tr.* 4. *resol.* 10. Ventrigl. *tom.* 2. *annor.* 15. §. 1. n. 65. citans Pavia. *de potest. Capit. sed. vac. p.* 1. q. 9. Meroll. *tom.* 3. *d.* 7. *c.* 7. n. 27.

Quæstio 496. An Capitulum sede vac. possit præbere consensum renunciationi immunitatis à secularibus exactionibus?

R Esp. negativè. Fagn. *in c. novit. de sede vac. n.* 23. ubi addens rationem sic inquit: cum ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ, ac res ipsarum non solum jure humano; sed etiam divino à secularibus exactionibus sint immunes, juxta *c. quanquam. de censibus. in 6.* non potest Vicarius capitularis assensum præbere; quia Capitulum sede vacante non succedit in potestate alienandi jura, & bona ecclesiæ. &c. Huc quoque facit, quòd dictum quæstio ante hanc penult. nimirum quòd Capitulo non liceat consentire impositione gællarum, dum vacat Episcopatus, in ejus præjudicium.

Quæstio